

est in vigilia Solus enim inter alios  
habet vigiliam Sed vigilie sancto  
rum propter multas inordinationes  
hodie in ieiunia commutata sunt Nos  
enim fuit olim ut refert Johannes be  
lethyt in festiuitatibus sanctoꝝ hoies  
cum vxoribus et filiabus ad ecclesiam veni  
rent et ibi cum lumiaribus pnoctarent.  
sed quia multa adulteria in his vigi  
liis fiebant. statutum fuit ut vigilie in  
ieiunia conuerterentur. Nomen tamen anti  
quum retentum est quia non ieiunia sed vi  
gilie adhuc appellantur. Secundum privile  
gium est in octauis Ipe enim solus cum  
stephano huius octauas inter martires  
sicut martinus inter confessores Tertium  
est in regressibus antiphonarum  
quia solus ipse et paulus habet. huius pau  
lus propter excellentiam predicacionis.  
iste propter excellentiam passionis

#### De nomine

**I**politus dicitur ab yper quod est  
super et litos quod est lapis qui su  
per lapide id est christum fundatur. Vel  
ab in et polis quod est ciuitas. Vel y  
politus quia valde politus. Fuit enim super  
lapide christum bene fundatur per constanti  
am et firmitatem. Fuit in ciuitate super  
na per desiderium et aueritatem. Fuit be  
ne politus per tormetorum acerbitatem

#### De sancto ypolitito martire.

**I**politus postquam corpus sancti  
laurentii sepeliuit venit in do  
mum suam et dedit pacem seruis  
et ancillis suis omnes sacramenta alta  
ris quod iustinus presbiter obtulerat com  
municauit. et apposita mensa prorsus  
sibi sumeret venientes milites cum ra  
puerunt et ad cesarem duxerunt. Quez

videns decius cesar subridens dixit  
ei Nunquid et tu magister effectus es qui  
corpus laurentii abstulisti. Cui ypo  
litus. Hec feci non quia magister sed ut christiana  
nus. Tunc decius furore repletus pre  
cepit ut habitu quo christiana vtebatur  
expoliaret et os eius lapidibus tunderet.  
Cui ypolitus. Non me expoliasti sed  
magis vestisti. Cui decius. Quomodo in  
sapiens effectus es quia nuditatem tuam  
non erubescis. Nunc igitur sacrificia et  
viues ne cum laurentio pereas. Cui  
ypolitus. Exemplum merear beati lau  
rentii fieri quam tu ore polluto ausus  
es noxiari. Tunc decius fecit eum fustibus  
et pedinibus ferreis lanari. Ille  
autem se christianum esse voce clara con  
fitebatur. et cum tormetis huiusmodi deri  
deret veste militari qua antea vte  
batur cum vestiri fecit. hortans ut ami  
ciciam et miliciam persistenter retineret. Cui  
cum ypolitus diceret se christum militare. de  
cius ira repletus valeriano prefecto  
eum tradidit ut omnes facultates ei ac  
ciperet et diris tormetis eum interfi  
ceret. Inuento quocumque eius familia  
christiana esset adducti sunt omnes an  
te ipsius conspectum. Qui cum ad sacrifi  
cia cogerebantur. Concordia nutrix  
ypoliti per omnibus respondit. Nos  
cum domino nostro malum mori pudice.  
quam viuere impudice. Cui valerianus  
Benus seruorum nisi cum supplicis non  
emendat. Tunc presente ypolitito et  
gaudente iussit eam tam diu plum  
batis cedi quousque spiritum emiserit.  
Dixitque ypolitus. Gratias ago tibi  
domine quia nutricem meam an  
te conspectum sanctorum tuorum promi  
sisti. Deinde extra portam tiberinam

valerian<sup>o</sup> ypolitū cum familia sua  
duci fecit Ipolitus autem om̄s cō  
fortans dixit I fratres nolite metu  
ere. quia ego et vos vnuz dominū  
habemus Iussit q̄ valerianus vt  
in aspectu Ipolitī omnibus capi  
ta amputarē Ipolitī dō pedes ad  
colla i domitorio equoz fecit liga  
ri q̄ p carduos q̄ tribulos tamdiu  
trahi donec sp̄m exalaret obiit cir  
ca annos dñi. cclxvi. Eoz autē cor  
pora iustin<sup>o</sup> p̄sbyter rapuit q̄ iux  
ta corpus sancti laurentij sepeliuit  
Corpus vero sancte concordie in  
uenire nō poterat. quia fuerat i clo  
aciam proiectum Miles autem q̄dā  
nomine porphiri<sup>o</sup> credens beatā  
concordiam aurum aut gemmas  
in vestimentis habere ad quendā  
cloacariū noie hyreneuz q̄ erat oc  
culte xp̄ian<sup>o</sup> accessit et dixit Secre  
tum custodi q̄ extrahe corpus con  
cordie de cloaca q̄ spero q̄ auruz  
aut gemmas in vestib<sup>o</sup> suis habet  
Cui ille Ostende mihi locuz q̄ secre  
tum habeo et quicq̄ iuenero nū  
ciabo Cū enī extractū fuisset et ni  
hil inuenisset. miles ille p̄tinus fu  
git q̄ hyreneus vocato quodā xp̄i  
ano noie abundo corpus ad sc̄m  
iustinum detulit Qd̄ ille deuote su  
spiciēs iuxta corpus sancti ypolitī  
q̄ aliorum sepeliuit Qd̄ valerian<sup>o</sup>  
audiens hyreneū q̄ abundū tenu  
it q̄ ambos in cloaca viuos misit.  
Quorum corpa iustin<sup>o</sup> rapuit q̄ cū  
alijs sepeliuit Post hoc decius cū  
valeriano in aureū currū ascendit  
q̄ p̄gunt ad amphireatrū vt cruci  
ant xp̄ianos Arreptus ergo deci<sup>o</sup>

a d̄monio clamabat O ypolite ca  
thenis asp̄is vinduz me duc. Va  
lerian<sup>o</sup> similiter exclamabat O lau  
renti igneis cathenis me ligatum  
trahis q̄ eadem hora valerianus  
expirauit Decius autē domū reuer  
sus triduo a demone vexatus cla  
mabat Adiuuro te laurenti. modicū  
cessa a tormentis q̄ sic miserabiliter  
mortu<sup>o</sup> est Qd̄ vxor ei<sup>o</sup> triphonia  
crudelis vidēs dimissis oib<sup>o</sup> ad s̄a  
ctum iustinū cum filia sua cirilla ac  
cessit q̄ ab eo cū multis alijs bap̄ti  
sari se fecit Alia vero die dū oraēt  
triphonia sp̄m emisit Cui<sup>o</sup> corpus  
iustin<sup>o</sup> p̄sbyter iuxta corp<sup>o</sup> sancti  
ypolitī sepeliuit. Audientes xlvij.  
miles q̄ regina et eius filia xp̄ia  
ne facte essent venerūt cū vxoribus  
suis ad iustinū p̄sbyteruz vt bap̄tis  
ma susciperēt. Quos oēs dionisi<sup>o</sup>  
qui sancto s̄ixto successerat bap̄tisa  
uit Claudi<sup>o</sup> at̄ impator cirilla cū  
sacrificare nollet iugulari fecit q̄ ce  
teros milites decollari Quoz cor  
pora in agro verano cū ceteris se  
peliunt Et aduertendū q̄ expresse  
habetur hoc q̄ illi decio qui laurē  
tium et ypolitum martirificauit suc  
cessit claudius Claudi<sup>o</sup> at̄ non suc  
cessit decio impatori imo decio suc  
cessit s̄m cronicas volusian<sup>o</sup> volusi  
ano galien<sup>o</sup> galieno claudi<sup>o</sup> opoz  
tet ergo dicere vt videt q̄ aut ga  
lienus fuerit binomi<sup>o</sup> q̄ q̄ dicit<sup>o</sup> lit  
galienus q̄ decius sicut dicit vincē  
tius in cronica sua q̄ godofredus  
in libro suo aut q̄ galien<sup>o</sup> in sui ad  
iutorium quendā noie decii fecit  
cesarem non tñ impatorem sicut di

cit **R**ichardus in cronica sua **B**eatus  
martir ypolitus xpm vez ducē osi  
derans miles ei esse maluit qz dur  
militū pprobari **B**eatūqz laurenti  
um sue custodie mancipatū nō pse  
cutus est sed subsecutus **Q**ui cū thesau  
ros ecclesie discutit inuenit thesau  
rū nō quē tirānū eriperet sed quem  
pietas possideret **I**nuenit thesau  
rū vnde vere diuicie peterent. spre  
uit fauorē tiranni vt cū regis ppe  
tui gratia pprobaret. mēbris diuidi  
nō pfugit ne nexib⁹ diuelleret eteri  
nis **B**ubule⁹ quidā noie petrus  
cū in festo beate marie magdalene  
plaustrū iunxisset ⁊ boues sequens  
frequēter ipos maledictis vizerz.  
pūn⁹ boues et aratz a fulmine ab  
sumunt et ipse petrus qui hec imp  
catus fuerat supplicio atrociori tor  
quebat. nā ignis eū arripuit adeo  
q a carnib⁹ et neruis tibie et crur.  
osūptis ossa paterēt et ipa tande  
z tibia a sua cōpage penit⁹ soluere  
tūc ille ad quendā eccliaz beate v  
ginis accedēs tibiā ipaz in quodā  
foramie ecclie abscondit et beatā v  
ginē p sua liberatiōe rogabat **E**t  
ecce nocte quadā btā virgo cū scō  
ypolito ei i vishōe affuit et eidē ipo  
lito vt petz sanitati restitēt ipauit  
**S**taticz scūs ypolit⁹ tibiā crus pe  
dēqz ex foramie accipiēs loco suo  
qī surculū arbori in momēto inseru  
it. in qua infertide tantos dolores  
sensit vt suis clamorib⁹ totā famili  
az excitaret **Q**ui surgētes et lumē  
accēdētss petz duo crura et duos  
tubias hfe aspiciunt. h se deludi pu  
tātes ipm itez ⁊ itez tractabant

et vera mēbra hfe aspiciēbāt **Q**ui  
vir eū excitantes vñ h sibi accidēt  
sciscitabant **S**z ille eos ludē existi  
mās tandē vict⁹ rem vidit et stupu  
it h tñ noua cora mollioz qz verus  
ta ad sustinentiā corpis nō potēat  
exequari **I**n ad publicacōz mira  
culi p annū claudicauit. et tūc itez  
brā vgo eidē apparēs scōto ypoli  
to dixit vt qcquid curatiōi deesset  
suppleret **E**uigilās ergo ⁊ se penit⁹  
sanatū videns reclusoriū introiuit  
**C**ui dyabol⁹ in specie nude mulie  
ris frequētissime apparebat et nu  
dā ei se ingerēs quāto ille forti⁹ re  
sistebat tanto illa ei impudētī⁹ incū  
bebat **C**ū ergo ab illa plurimū vex  
aret tandē ille stolā sacerdotalē ar  
ripiēs collū ei⁹ cinct et mox diabo  
lus abscedēs cadauer putridū ibi  
dē remāsit **C**ātusqz fetoz inde exa  
labat vt nul⁹ qui hec vidit abigēt  
qn corp⁹ mulieris alicuius mortue  
fuisset quod dyabolus assumpsit.

**De assūptione glōse vginis**

**A**ssūptio glōse vginis q  
lit fca sit ex qdam libro  
apocrifo q Johi euāge  
list. ascribit edocet. apo  
stolis nāqz ob pōicatiōis grāz di  
uersas mūdi subeuntib⁹ regiones.  
virgo beata in domo iuxta montē  
syon posita dicit remāsisse **O**mniaqz  
loca filij sui. s. locū baptisimī. ieiunij  
passionis ⁊ quoad vixit deuotiōe  
secula visitabat **E**t sm q ait **E**py  
phanus. xiiij. annis post ascensio  
nem filij sui superuixit. **R**efert qz  
qz qz beata virgo quādo xpm conce  
pit erat annoz. xiiij. et in. xv. ipsum